



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Meditatio I. De Resurrectione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

Finis & ordo quartæ hebdomadis.

Finis quartæ hebdomadis, &c.

Decima quarta Veritas

Explicata in Meditatione de Resurrectione Christi.

Si integrè mihi moriar, vivet in me JESVS, & ego in JESV.

Necessitas consequentiæ comprehensæ in hac propositione hypothetica ita se habet: non nisi duo sunt amores, qui vivere in me & dominari possunt, & necesse insuper est, ut alteruter dominatum exercent, vel Dei nimirum, vel mei amor: & idcirco, si ego mihi moriar, fieri non potest, ut Divinus amor in me non vivat, & imperet.

Primum punctum complectitur historiam Resurrectionis Dominicæ, & in hac ideam quandam proponit mentis perfectæ, sibi nec mortuæ. Quemadmodum enim Redemptor noster semel pro peccatis nostris mortuus non vivit jam nisi DEO, ita anima Christiana peccato & humanis voluptatibus verè mortua,

Nn 3 non

non jam vivit nisi DEO. Nempe sicut Passio
Salvatoris est imago morientis sibi animi, ita
surrectio est idea ejusdem animi sibi jam mor-
tui. Jesus autem vivit in illo, qui vitam
similem vitæ Jesu & anima vivens ut Jesus
vivit ipsa quoque in Christo Jesu.

Secundum activas illas uniones explicat
quibus anima, sanctè sibi met mortua, Condi-
tori suo se quàm arctissimè conjungit, gloriosam
Servatoris sui Resurrectionem imitatur.
Cum Uniones istæ omnes ex charitate, cuius
vinum Spiritum Redemptor abundanter
anima effudit, proficiantur, dici merito
test, Christum esse, qui vivit in illa, quia
quidem non ab alio jam Spiritu movetur,
animatur, quàm ab illo, qui in Christo
bitat.

Tertium explicat passivas uniones, quibus
anima ab æterno Conditore suo recipit, continetur
miter gloriosæ Servatoris nostri Resurrectionem.
Et cum hæc cœlestes gratiæ ex flagrantissimo
suo erga nos amore procedant, verum utique
quòd in Jesu vivat ejusmodi felix anima, quod
doquidem usque ad eò cordi est Redemptori
stro, & in ejus quodammodo pectore habitare
tam efficaciter illum permoveat, ad ea

idem operanda, quæ salutis suæ & perfecti-
oni promovendæ sunt aptissima.

Meditatio.

De Resurrectione Christi.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. In memoriam revocabo
quo pacto post mortem Salvatoris, Sanctissi-
mum ipsius corpus à cruce solutum ac depo-
situm, & in sepulchro collocatum fuerit, Di-
vinitati semper adhuc unitum: quomodo item
anima similiter Divinitati unita ad Inferos de-
scenderit, Justorum animas illinc ereptura, &
ad sepulchrum dein reversa corpori se conjun-
xerit atque illico in resurrectionis suæ gloria
Beatissimæ Matri suæ apparuerit.

II. PRÆLUDIUM. Ob oculos mihi ponam
gloriosum Redemptorem meum, stantem co-
ram gloriosa Matre sua, comitatum angelis,
quicum illo in Infernum descenderant, Justo-
rum animabus ex limbo & purgatorio libe-
ratis.

III. PRÆLUDIUM. Rogabo gratiam mihi
dari, ut cognoscam, quanta sit felicitas animæ,
quæ integrè sibi mortua soli DEO vivit; & ut
veræ abnegationis beneficio ita me dispo-
nam,

N 4

nam, ut vivat in me J E S U S, & ego
J E S U.

I. PUNCTUM.

Resurrectio Christi.

Consideranda.

Contemplabor singula, quæ in hac parte
parte Gloriosa vitæ Redemptoris mei
randa sunt, & nobilissimas imprimis Human
tatis ejus cum Divinitate conjunctiones. E
bi brevem omnium synopsin, in ipsa
narratione.

Quamprimùm Servator noster in
expiravit, continuò Gloriosa Ejudem
exercere cœpit cœlestis sui dominatus
Hinc est, quòd ad animas, in limbo mundi
demptionem expectantes descenderet, cum
genti Majestate, in comitatu aliquot angeli
rum myriadum, quos cœlestes Spiritus
nus Pater misit, ut totius reliqui Exercitus
mine triumphantem Imperatorem suum
tarent, & ad Ejus se imperia promptos
rent, atque offerrent. Animabus porro
quas liberatum descendit, communicato
ne gloriæ, Divinæ Essentiæ suæ clarissimam
Visionem eo ipso momento indulgit, quo
mùm se videndum illis obrulit. Inde ad

& ego in mundum digressus, quotquot illic captivas mentes reperit, exemit ex illis ignibus, solaque præsentia suâ beatas reddidit. Demum & ad ipsos etiam damnatos spiritus ingressus, talem se illis exhibuit, qualis in fine mundi reprobis apparebit, ad terrorem & supplicium videndus. His nova præcepta, quibus usque ad finem sæculi illos subesse velit, significat; dæmonum autem potestatem, quam in humanum genus exercebant, pro imperio coercet. Isthinc prosequente Angelorum & duplici Beatorum exercitu post Inferorum & dæmonum triumphum, ad subjugandam potestati suæ etiam mortem properat. Nam ad sepulchrum reversa Victrix anima angelis imperat, ut Sanguinem illuc sparsum colligant, atque in venas illam suas aptè rursus dividant, tum reunita sanctissimæ Carni, indivisibili nexu cum illa se conjungit, eamque quatuor gloriosis dotibus adornat. Atque ita tandem decorem suum in datus Dominus cum eo, quem dixi, comitatu ad marem pergit, ut afflictissimam cœlesti solatio recreet. Sistit se igitur illi, suamque ei Corporis & Animæ pulchritudinem spectandam exhibet, addens tantum imbecilli naturæ roboris, ut ineffabilis splendoris Majestatem ferre possit, ex quo quid gaudij, & solatioꝝ in maternum

N n 5

pectus

pectus fluxerit, quis cogitatione speret
comprehendi? Et ut plenum sit Genitricis
dium, dulcissimos acerbae mortis suae
ipsi exhibet, eamque ab omnibus, quos
ferno carcere eductos & omni gloriae
decoratos secum adducit, salutari vult.

In his omnibus multisque praeterea
quae in hoc Mystero contigerunt, Beata
& Victrix Redemptoris mei anima cum
conjunctissima est, nihil jam agens, ut
tae hujus deliciis, honoribus, suaeque
moriatur, sed gaudens jam felicissimam
arctissimam cum DEO unione, quae
Sanctissimae Mortis Ejus fuit.

Affectus.

1. Cum animabus recens à Redemptoris
glorificatis admirabor Triumphantis Salva-
ris Majestatem. 2. Laudabo & praedicabo
cellentissimas Ejus perfectiones. 3. Ob
Ipsam, ut meretur, diligam. 4. Grates pro
nis ab Ipso receptis agam. 5. Et ob
ipsa aeterni Patris Bonitatem benedicam.
invitabo totam Caelestem curiam, ut
cum glorioso Salvatore meo illum laudem
pro tam inestimabilibus gratis Sacramentis
Ejus Humanitati communicatis.

II. P U N C T U M.

Religiosa anima per sui cum DEO conjunctionem Christum Resurgentem imitatur.

Consideranda.

Considerabo Sanctas illas actiones, quibus anima sibi, suisque desideriis mortua, cum DEO suo se conjungit, & Salvatoris sui Resurrectionem imitatur. En tibi aliquas! Zelus salutis animarum. Desiderium benefacientis Proximo propter DEUM, solandi illum in afflictionibus, & omne ab eo malum removendi, impediendi quidquid noxium ipsi imminet. Terrere iniquos. Imperare demonibus. Omnes facultates suas in DEI gloriam promovendum impendere. Facere, quæ nobis quidem gloriosa sunt, nullo tamen interea ad honorem vel ad lucrum aliquod nostrum respectu. Sanctorum cultum promovere. Nihil de internis verbis loquor, qui in Christi quidem sanctissima mente ineffabiles fuerunt, in anima perfecta autem certis terminis coërceri se sinunt.

Affectus.

1. Magni, ut par est, faciam has animæ cum DEO conjunctiones, tanquam rem utique preiosissimam. 2. Benedicam & laudabo DEUM

ob

ob tantam hanc liberalitatem suam. 3. Contemplar
bo, ut capacem me faciam illarum Coelestium
gratiarum, quas ad ejusmodi unionem pro
jori gloria sua Deus mihi dignabitur indulgere dan
4. Has ipsas gratias supplex flagitabo, 3. oculo
tuam, frequenter me per actus puræ & feru
charitatis cum DEO meo conjungere, ut
in me JESUS, & ego in JESU.

III. PUNCTUM.

Religiosa anima Resurrectionem Christi
Imitatur, etiam per Uniones passivas
imitatur,

Consideranda.

In mentem revocabo favores illos, quos
aliquando DEUS pijs hominum mentes pro
nit, & Resurgenti Filio suo facit similes, ut
que libera illarum cooperatione. Tales sunt
quando inimicos earum, omnemque hostilitatem
tentationum savitiam coercet, cum illum
illas in rerum supernaturalium noticia, cum
pe ab illis rebus immunes facit, quibus
alioquin naturæ necessitas illas mentes
cit, cum sublimes de DEI Majestate sententias
idoneos his sensibus affectus iniicit; quare

3. Consolari Divinæ Matris præsidio illas munit ;
in Cœlestiando finem miseriarum hujus vitæ , & felici-
tatem promittens æternæ inde nascituræ , Divinæ itidem re-
ur indulgentiæ thaurum clarè ipsis ponit
abo. 4. Oculos, quando locum iis monstrat, quem in
ra & feruulo aliquando obtenturæ sunt & ipsæ , &
ere, ut omnes illi, in quorum salutem procurandam
ocumbunt ; quando efficaci intus inspiratione
Dei Divinæ Voluntati se subdere, tum ut ipsæ
Conditori suo ita sincerius se donent, tum ut ei-
dem plures alios lucrentur.

Affectus.

1. Gratulatio. 2. Gratiarum actio. 3. Amor.
4. Desiderium. 5. Petitio. 6. Propositum
deinceps vivendi, ne impediatur, quam
os, ex me per activas & passivas mei secum
entes prævisiones desiderat & exspectat, gloria.
Colloquium fiet cum nostro Redemptore, à
Tales gratiam petam, quâ adiutus gratum me
ue hostiam infinito illi amori, qui Ipsum impu-
na illum & pretio Sanguinis sui me redimeret, &
itia, cum maxima alia beneficia conferret : & simul ut
quibus aptum reddam, quem Cœlestis Pater bo-
nentes meum, quæ æternus Filius promeritus est,
te sentis præcipem faciat.

De Resurrectione Christi.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Cum expirasset in Cruce
Salvator noster, mox benedicta Illius
anima ad inferos descendit, inde Iustorum animas
eripuit, tum corpori denuo conjuncta,
gloriæ decore circumdedit, & gloriosum
& ineffabilem Matris suæ stetit.

II. PRÆLUDIUM. Imaginari sibi Christum
comitatum angelis & beatis animabus, in
gineæ Matris, cubiculo stantem.

III. PRÆLUDIUM. Petere gratiam,
agnoscendi felicitatem animæ sibi met
& eandem consequendi.

I. PUNCTUM. Anima Redemptoris in
bum, Purgatorium & Infernum descendit
bonos quidem salvatura; territura autem
quos. Deinde Carni suæ rursus conjuncta,
tuor gloriæ Cælestis dotibus illam ornat,
Matrem ex doloribus recreandam ingressa,
omnibus Eam captivis recens liberatis
jubet.

II. PUNCTUM. Anima sibi met mortuum
vat proximum; impedit, quidquid illi noxium
imminet; dæmonibus, & malis hominibus

ri est; laborat deinde pro DEO, nullam sui
honoris aut commodorum, in quantum sua
rationem habet; facit ut DEUS etiam in san-
ctis suis honoretur.

III. PUNCTUM. Anima Sancta nobiles à
DEO favores experitur, dum inimici Divinâ
gratiâ coërcentur, dum illustratur superna-
litate lumine, dum à corporis necessitatibus ex-
ceditur, dum singularem Divinæ Matris Pro-
tectionem obtinet, & magnam cum Sanctis
fidelibus familiaritatem, dum instruitur, quæ-
ritam sint circa se Divinæ Providentiæ consilia.
Colloquium cum Redemptore meo fiet, ro-
gabo Ipsum, ut gratiam mihi largiatur, quâ
possineam hos favores, quos ille gloriosis me-
ritis suis mihi à Patre comparavit.

Decima quinta Veritas.

applicata in Meditatione de Paradiso.

Conversatio mea in Cælis erit.

Ejusdem rationis est hypothesis hæc cum su-
perius allatâ: & par ideo utrimque est necessi-
tate consequentiæ, cum eidem fundamento in-
struuntur.

I. PUNCTUM. Statum Beatorum in Cælo
applicat. Anima verò, abjectis ex animo omni-
um